

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1884**

1269 - 1270

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326716)

*Schenkung.* 24. Der Rat weist dem Priester am Frühaltar im Münster eine Rente an.

1269 November 12.

Burcardus junior Spendero magister, consules et universitas civium Argentinensium notum facimus universis, quod nos accedente voluntate et consensu nostro unanimi redditus unius libre denariorum Argentinensium, qui hucusque civitati nostre de quibusdam insulis nomine census a monachis sancti Arbogasti dabantur, conferimus et donamus ad altare beate virginis, quod dicitur vröi alter, volentes, ut dominus Arnoldus et ejus in perpetuum successores, qui idem altare pro tempore habuerint, predictam libram denariorum recipiant annuatim, in cujus rei testimonium sigillum civitatis nostre presentibus est appensum. actum et datum anno domini 1269, in crastino beati Martini.

*Aus Strassb. Stadt A. V. D. G lad. 64. or. mb. c. sig. pend. Dorsualnotiz sæc. 14: «item fabricatores dabunt et tenentur dare ad altare infra scriptum duodecim solidos denariorum annuatim.»*

*Leibzucht,  
Seelgeräte.*

25. Priorissa et conventus monasterii s. Marci e. m. A. notum faciunt, quod promiserunt Sigelino thelonearie filio, et Adelheidi uxori sue, civibus Argentinensibus, annis singulis, quamdiu vixerint, 5 lib. den. Arg. et 1 sol. cum 2 den. absque omni diminutione presentare; anniversaria quoque eorundem et matrum et patrum suorum annuatim celebrare. census provenientes de bonis sitis in banno s. Aurelie, que ab ipsis monasterio collata sunt, ad nullos usus alios converti debent, nisi quod exinde, in quantum se extendunt, ipsis monialibus per quadragesimam allectia cum medietate et pisces cum altera medietate in refectorio ministrentur. si Sigelinus et uxor ejus ad inopiam pervenerint, iis licitum est, partem donatorum bonorum<sup>1</sup> vendere. sigilla prioris predicatorum in Argentina et conventus s. Marci sunt appensa. ad majorem cautelam promittunt moniales, quod quamprimum magistri ordinis predicatorum presentia haberi poterit, ipsius quoque sigillum procurabunt appendi. actum et datum a. d. 1269, feria 3 ante festum Thome apostoli. anniversaria autem predicta sic debent celebrari: Febr. 19. Billungi et uxoris sue Hedewigis 4 die ante nativitatem b. virginis, Sifridi autem 11 kalendas März 23. marcii, Adelheidis 10 kalendas aprilis, Sigelini vero et uxoris sue illa die, qua morientur.

Dezember 17.

*Aus Strassb. Hosp. A. lad. s. Marc XII fasc. 25. or. mb. c. 3 sig. delapsis.*

*Lehnbrief.*

26. Concessio feodalis facta Hugoni Tanrys militi per episcopum Argentinensem videlicet 24 quart. avene de decima in Alturne annuatim percipiendorum (revendibilium cum 24 marcis argenti), necnon 4 agrorum frugiferorum an der Spilmaner gebreite, quos Erbo cantor s. Thome dicto Hugoni suo fratri, et idem ecclesie donaverunt. 1269.

*Aus Strassb. Bez. A. G 3463 nr. 16. Regest einer Urkunde im ehem. bischöfl. Archiv, deren Abschrift im grossen Münstercopialbuch stand.*

*Rentenkauf.*

27. Coram Billungo iudice curie Arg. Râlinus pellifex dictus Truschelere et Junta uxor ejus, cives Arg., aream suam sitam zû Meriessot<sup>2</sup> prope domum illam, quam domina Bildin sororibus construxit<sup>3</sup>, vendiderunt manu coadunata domino Cûnrado, prebendario s. Thome, quondam de Nidermunstere, pro 7 1/2 marcis argenti. venditores, qui domum superedificatam nunc possident, receperunt aream ab emptore pro annuo censu 9 unc. den. Arg. nomine census. Râlinus et Junta et liberi eorum Lucgardis, Gerthrudis, Junta, Odilia et Nicolaus non dabunt erschatz. Er. 3. V. U. 1. actum et datum a. d. 1270, feria 2 proxima post

<sup>1</sup> Die Schenkungsurkunde hierüber ist nicht erhalten. <sup>2</sup> Vgl. UB. I, 218. <sup>3</sup> Vgl. Str. G. u. HN. S. 107.